Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



89

-nij. a.

dignata diebus et quadraginta noctibus postea esuriuit.
Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es dic ut
lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum
est. Non in solo pane viuit homo sed in omni uerbo quod procedit de
ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem et
statuit eum super pinnaculum templi et dixit ei. Si filius
dei es mitte te deorsum. Scriptum enim est quia angelis suis
mandauit de te et in manibus tollent te ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi ihesus. Scrip-
tum est. Non tentabis dominum deum tuum. Item assumpsit eum
diabolus in montem excelsum valde et ostendit omnia regna
mundi et gloriam eorum et dixit illi. Hec omnia tibi dabo si
cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihesus. Vade satha-
nas. Scriptum est enim. Dominum deum adorabis tuum et illi
soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus. Et ecce ange-

Off.

li accesse-
runt et mi-
nistrabant ei.

Scapulis suis obumbrabit tibi

doneauus et sub pennis eius sperabis scuto

circumdabit te ve-ritas eius.